

(14)

Non uacauit uidere auctoritates adductas ad probandum Rom. Pont. habere plenam potestatem regendi, pascendi, et gubernandi uniuersalem ecclesiam. Non inq̄ uacauit illas uidere in proprio loco, sed quantum ex ipsis uerbis adductis colligi potest, sepius Papa uniuersalis ecc^{ae} aliquando Presidens appellatur, nonnunq̄ etiam Rector, caput, et Primum tenere dicitur, quibus uerbis an idem significetur quod uerbis propositis perpendendum est.

Præterea istud uerbum plenam in nullo istorum locorum reperitur præterq̄ in Concilio Florentino in quo quidam Patres locuti sunt per uerbum diffinimus: non tamen percusserunt anathemate negantes, aut contrarium dicentis. deinde Concilium ita dicit se diffinire quemadmodum etiam gestis Oecumenicorum Conciliorum, et in sacris Canonibus continetur. Unde Conc^o illud per alia Conc^o Oecumenica uenit intelligendum. Rursus Concilium illud non fuit a Gallis receptum nec propterea aut hæretici aut Schismatici ab ecclesia sunt iudicati.

Propositum autem illa multipliciter est ambigua. Nam si sumatur illud uerbum uniuersalis ecclesia collectiue uidetur per illam significari Papam esse supra Concilium q̄d uniuersalem ecclesiam representet, in quo sensu quicquid sit de illius ueritate sine diligenti Theologorum disputatione, et Patrum conquisitione diffinenda non est.

Potest etiam sumi distributiue, et adhuc est ambigua. Potest enim intelligi quod Papa habet plenam potestatem regendi uniuersalem ecclesiam: qua se extendat ad uniuersas ecc^{as} gubernandas, seruato tamen ordine Hierarchia ecc^{ae} ut per maiores inferiores regat, atq̄ epos quos Deus ecc^{ae} dedit ad consummationem sanctorum, in opus ministerij testis Paulo sua ministeria exercere sinat. non tñ excluso quin Papa ex rationabili causa pro utilitate, aut necessitate ecc^{ae} possit imm^{te} in omnes Christi fideles tanq̄ Papa et Pontifex summus et in hoc sensu credo ueram esse, et Cath. Sic fuit ecclesia practica per mille annos

Potes[set] etiam intelligi sic habere plenam potestatem regendi uniuersalem ecclesiam, quasi habeat uniuersam et totam potestatem solus, et ab illo pro arbitrio suo deriuetur in Ep[iscopos], et reliquos ministros et tam libere possit illam im[per]te exercere in omnes fideles, ac si nullus alius a deo esset constitutus Ep[iscopu]s, et in hoc sensu meo iudicio falsa est propositio. quam tamen uidebitur non latenter indicare illud uerbum plenam additum illi uniuersalem. et hic sensus est in pratica Ecc[lesi]e Rom[ane] a multis annis. Hinc tota Hierarchia ecc[lesiastica] labefactata: hinc fugata Concilia nationalia, et prouincialia. hinc tot exemptiones, et causas quantumcumq[ue] minimas, auocationes ad Rom[am] cur. hinc tot perniciose beneficior[um] prouisiones. hinc disciplina ecclesiastica exulat. hinc deniq[ue] membra ecc[lesi]e confusio et inordinatio, cum caput uult esse omnia membra. Et tunc seruo uidentur pretendere cum contendunt Ep[iscopos] solum a Cro[nic]o uel tuto ad ordinandum, et Crisma consecrandum. Iurisdictio[n]em uero omnes habere a Papa tanq[ua]m eius Delegatos. maxime aut illud significare uolunt per illud uerbum plenam

Hinc sensui aduersatur Gregorius ad Eulogium cum uenit Papam uniuersalem appellari, nec ualet ^{dicere} appellari quod ex humilitate fecerit ad reprimendam alterius superbiam cum ex uerbis illius manifeste colligitur, eum seruo fuisse locatum. dicit enim superbi appellatiouis uerbum esse. quod si uerum esset, superbum non esset, si aut superbum tunc fuit, semper superbum erit. 2^o dicit uobis subtrahitur quod alteri plusq[ue] ratio exigit, prabetur. intelligebat ergo Gregorius plusq[ue] ratio exigebat illi tribui si Papa uniuersalis appellaretur, et Ep[iscopos] auctoritati, et potestati detrahi. Aut praeferri nec honorem meum esse puto, in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco, perdunt ergo honorem suum Ep[iscopos], si Pontifex uniuersalis Papa appellatur. Dicit praeterea si enim

uersalem me Papam ura sanctorum dicit, negat se hoc esse, quod
me fateri uniuersum absit, ergo secundum mentem Gregorij qui
dicit Papam habere plenam potestatem regendi uniuersalem
Ecclesiam, hoc est uniuersam, negat alios esse in Ecclesia
Ep'os, quod absit, inquit Gregorius

Idem sentit Ber. cum Eugenium redarguens, quod Abbates
quosdam exemerat a iurisdictione Episcoporum, dicit si iusticia
est ius suum cuius seruare, suum auferre cuius sua iusto,
quo poterit conuenire. erras, si ut summam, ita et solam
institutam a Deo ueram Apostolicam potestatem existimas
Non iudicaret B. Ber. iniuste esse eximere Abbates ab Ep'is si
intelligeret Papam habere solum uniuersam potestatem a Deo, et
pro libito ab ipso in Ep'o deuiatam. immo expressi dicit Papam
non habere plenam. i. uniuersam potestatem, et totam, cum dicit
erras, si ut summam, ita et solam institutam a Deo uestram
Apostolicam potestatem existimas.

Aduersatur etiam eidem sententiae usus ecc. per plures q
mille annos in quibus Pont. max. sic primatum habere censi
sunt, ut Hierarchiam ecclesiasticam operari sua ministeria
sinerent.

Præterea Julius primus qui ab ipsis citatur, dicit in Concilio
Niueno huius illa uerba uniuersalis Apostolica ecc. Papam, et in
eodem Concilio definitum est solas causas maiores ad sum. Pont.
esse deferendas, quod Concilio minime faceret, nec possit, si ita
intelligeretur uniuersam potestatem esse in sum. Pont. ut
pro libito per se ipsum omnia tractare possit

Præterea Patriarchæ, primates, et metropolitani uices sum.
Pont. habent, et tum nunquam auditum est ab initio ecc. quod
illi pro libito immo in subditos inferiorum illam potestatem
exemerint. Ergo argumentum est quod Papa sunt delegati
illud

illud non possit rursus tam amplam potestatem Papa in uniuersum orbem
exercere debite non potest. ergo cum Christus nihil fecerit frustra
sequitur quod eadem potestatem non habent, et confirmant. huiusmodi ratio
ex abusibus, et calamitatibus quae in Ecclesiam grassati sunt
propter huius potestatis recens exercitium

Ultimo si hoc pro uero statuatur, quod Papa habet plenam
uniuersam potestatem regendi uniuersalem Ecclesiam. necesse
consequitur Episcopos omnem suam potestatem habere a Papa, praeterquam
ad ordinandum, et confirmandum Crisma, quae quid sit ad
uerbum scripturae sacrae, et sententiae Patrum ex pristinis
putationibus constare potest.

Non uideatur P. Bon. uoluisse esse uisum Abbatem ad Episcopum
intelligeret Papam habere solum uniuersam potestatem a Deo, et
pro tanto ab ipso in Episcopum de uoluntate unius expressit dicit Papam
non habere plenam potestatem, et totam, cum dicit
omnes, si ut iuramur, ita et solum in istam a Deo uisam
Apostolicam potestatem existimas
Aduersarij etiam eadem sententia uisus est. per plures
mille annos in quibus fuit max. sic pronuntium habere certis
sunt, ut Hieronymus ecclesiasticam agnoscit sua ministeria
sumere
Patres futuris primus qui ad ipsos creatur, dicit in Concilio
Magna fuit illa uoce uniuersalis Apostolica ecc. Papam, et in
eodem Conc. diffinitum est solum causas maiores ad sum. Pont.
esse deferendas, quod Conc. maxime foret, nec foret, si ita
intelligeretur uniuersam potestatem esse in sum. Pont. ut
pro tanto per se ipsum omnia iudicare possit
Patres Patruales, promissos, et metropolitanos uisus sum.
Tunc habent, et tunc uisus sum. Conc. dicit ecc. quod
ill. pro tanto sum. in uoluntate inferiorum. illam potestatem
exercerunt. Ergo agnoscitur est quod Papa
illud